ximo, gloriæ, uirtutis, modeſtiæ, liberalitatis, cõtinẽtiæ, ſapientiæ ſucceſſore, ac hæ-
rede relicto: qui ſanctitate tãtũ uitæ thronũ Petri, rarũ et iauditũ ſæculis noſtris,
aſcẽdit. Ad cuius dignitatis et fortunæ, ut cũ uulgo loquar, famã, muſæ, fere ſub
ætate ferrea intermortuæ, Laureũ et aureũ ſæculũ ſibi ꝑſagiere. Sed quo piaculo
genitoris tui manes obticeo? Quo ingrato ſilẽtio ad ſiderei iuuenis famã fulgẽtẽ
cõniueo? in quo præcox, ꝓcanaq; uirtus emicuit: ſpecies: robur: gratia: dexteritas,
comitas, et ſerenæ frontis ætheriũ iubar, ſingulares in mortalibus dotes. Heu pie-
tas. Heu priſca fides. Oſtẽderũt terris hũc fata: nec ultra ſupereſſe ſiuerũt: magna
familiæ Mediceæ et inſigni clade. Cuius laudes et fœcũdi animi decus: Angelus li
terarũ latinarũ parẽs: copioſiſſime ueriſſimeq; collegit. Cũq; auitis opibus innu-
tritus eſſet: tãtũ abfuit ut illarũ ſirenis blanditiis a recto calle detorqueret: ut illas
ſemꝑ ad benignitatẽ, liberalitatẽq; conferret. Hiſq; honeſtiſſime et i publicũ cõ-
modũ ẽ uſus. Adeoq; his artibus in cœlũ ſibi ſtrauit iter: ut adhuc ſerpẽte, et malas
ueſtiẽte lanugine, a pluribus maturus et prudẽs: ab uniuerſis uero genius urbis nũ
cuparet. Quæ cauſa fuit: iterãdũ eadẽ iſta mihi: ut eius caſus iprouiſus et acerbus:
ut ſi ſol ex cœlo decidiſſet totã, ubi regnabat: funeſtaret Etruriã. Sed quid ago? qd
molior? Quid expetior ieiuni et anguſti oris orator? Singulares ac eximiæ corpo
ris ac animi tui dotes illuc me uocant ubi difficilius eſt exitũ q̃ principiũ inueni-
re. Si bona corporis: quæ Paris Homericus glorioſa uocat: emetior: ſtaturã qua-
dratã: et totius corporis filũ liberale: decorũ: grauitatẽ: maieſtatẽ: canas in ætate ui
ridi cogitationes: cõtinuo genus obſtrepit: ac Mediceæ familiæ nobilitas: qua nul-
la unq̃ i terris uixit auguſtior: fortunatior: fortior: illuſtrior: liberalior: ad uirtu-
tũ oĩum præſidiũ promptior atq; benignior. Carmen amat qſqs carmine digna
gerit. Videbãt Heroes Inclyti: ſeq; ipſos aduertebãt ſolos eſſe. et ꝓterea neminẽ: q
uera gloria coruſcarẽt, uirtute rutilarẽt, ſapiẽtia aureſcerẽt: Præcones uirtutis eſſe
poetas et oratores, quorũ tuba tranat flumina, iuga muſarũ pẽnato gradu tranſ-
uolat, terræ ac cœli pomœria pertonat: ſedẽ ac locũ ſtabilẽ nõ habet. Herculis, Au-
guſti, Alexãdri, Themiſtoclis exemplo, æternitatis et famæ ꝓconibus unice faue-
bãt. His.n. anguſtis metis, quas nobis natura ad uiuẽdũ dedit: nõ potuere eſſe cõ
tẽti. O diuina uis ingenii quomodo priſcorũ decora uirorũ ſuperares excogitaſti.
Accedit ad felicitatis tuæ cumulũ Maxime Princeps qđ Florẽtiam patriã magno
cœli, indulgentiſſimoq; fauore ſortitus es, unã in omnibus terris florẽtiſſimã, uir-
tutis, opulentiæ, dignitatis, etruſciq; imperii domum. Quæ plures in omni uir-
tutum genere ſapientes, q̃ tota protulit Italia. Quam Arretinus, in hac quidem
parte uanus aruſpex: a Sullanis poſitam dicit. Impar error Franciſcũ Petrarcham
inuoluit, qui epiſtolarum ſenilium libro nono ad Vrbanum Pontificem ita ſcri-
bit. Patria quoq; mea urbs, quod uerbum ſonat, florentiſſima, nondum tamen
rep. Ro. florente fundata. Laurentius Vallenſis alter Romanæ linguæ Camillus:
aſſertor uidelicet eloquentiæ, in epiſtola quadam prodit: cui Danthes Alengerius
adſtipulatur, homines aquarũ penuria, et loci mitioris deſiderio ex Feſulanis mon